

## COMPITI ESTIVI 2018/19 CLASSE 2B

Prof.ssa Antonella Crosta

### STORIA

Lettura del romanzo *Il cavaliere del giglio*, di Carla Maria Russo

### LATINO

Ripasso del programma svolto e svolgimento di

- 8 versioni a scelta tra quelle allegate PER GLI STUDENTI SENZA DEBITO
- tutte le versioni/esercizi allegati PER GLI STUDENTI CON DEBITO

**Traduci in italiano e indica la funzione dell'ablativo assoluto.**

Pythagoras in Italiam venit, Tarquinio Superbo regnante. (temporale)

*Pitagora venne in Italia sotto il regno di (mentre regnava) Tarquinio il Superbo.*

1. Interim, Hannibale veniente ad Africam, pax turbata est. (.....)

.....  
.

2. Audito regis imperio, discesserunt ceteri; soli Lacedaemonii remanserunt. (.....)

.....  
.

3. Aquilone flante minutae pluviae sunt. (.....)

.....  
.

4. Achaei, venientibus Lacedaemoniis, ad portam castrorum agmine facto occurrerunt. (.....)

.....  
.

5. Hannibal, Alpibus superatis, in Italiam contendit. (.....)

.....  
.

6. Expulsis regibus, duo consules Romae creati sunt. (.....)

.....  
.

7. Poeni auxilium a Lacedaemoniis petiverunt, Regulo pacem recusante. (.....)

.....  
.

8. Regibus exactis, Brutus et Collatinus consules facti sunt. (.....)

.....  
.

**Traduci in italiano le seguenti frasi d'autore.**

1. Ibi uvae non maturescunt, deficiente solis ardore (PLIN. SEN.).

.....  
.

2. Nostri milites, eruptione facta, multis interfectis, suos incolumes reduxerunt (CAES.).

.....  
.

3. Romulus cum T. Tatius rege foedus icit, matronis orantibus (LIV.).

.....  
.

4. Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt (LIV.).

.....  
.

5. Galba, nullo hoste prohibente, incolumem legionem in Allobroges perduxit (CAES.).

.....  
.

6. Ea promulgata lege, senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur (CAES.).

.....  
.

7. Auctoribus Magis, Xerxes templa Graeciae inflammavit (IUST.).

.....  
.

8. Omisso Romano bello, Porsenna filium Arruntem Ariciam mittit (CIC.).

.....  
.

9. Caesar, una aestate plurimis proeliis confectis, in hiberna exercitum deduxit (CAES.).

.....  
.

10. Mediocri spatio relicto centurio pilum in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit (LIV.).

.....  
.

**Traduci in italiano.**

1. Caesar ad Lingones litteras nuntiosque misit, ne Helvetios frumento neve alia re iuarent.

.....  
.

2. Haec propterea scripsi, ut me non sine causa laborare intellegeres.

.....  
.

3. Hannibal in Etruriam exercitum ducit ut eam quoque gentem aut vi aut voluntate sibi adiungeret.

.....  
.

4. Pompeius suis praedixerat ut Caesaris impetum exciperent neve se loco moverent.

.....  
.

5. Bocchus a Mario petit ut Sullam ad se mittat.

.....  
.

6. Oratores hostium ad consulem venerunt petentes ne castra moveret.

.....  
.

7. Te oro ut promissa tua servas.

.....  
.

8. Senatus decrevit ut consules rem divinam magnis hostiis facerent.

.....  
.

9. Scipio sibi curam sumpsit ut milites naves ordine ac sine tumultu conscenderent.

.....  
.

10. Vitate improborum societatem, ne eorum mores vestros inquinent atque depravent.

.....  
.

**Al posto dei puntini inserisci il pronome relativo opportunamente declinato, quindi traduci.**

1. Liber est homo, ..... cupiditatibus non servit.

.....  
.

2. Canis demisit cibum, ..... ore tenebat.

.....  
.

3. Beata est vita eius, ..... res adversae non perturbant.

.....  
.

4. Beata est vita eius, ..... rebus adversis non perturbatur.

.....  
.

5. Non est honestus is, ..... divitiae potiores sunt honestate.

.....  
.

6. Multi fuerunt fortissimi viri, ..... memoriam vetustas obliteravit.

.....  
.

7. Res publicae, ..... omnes cives concordēs sunt, beatæ sunt.

.....  
.

8. Horatii carmina, ..... saepe lego, maximam mihi voluptatem praebent.

.....  
.

9. Fortuna levis est: cito reposit ..... dedit.

.....  
.

10. Archimedes in eas naves, ..... procul erant, saxa emittebat.

.....  
.

## Una vittoria di Cesare

Media nocte Caesar cum omnibus copiis castris excedit et iter ad flumen facit. Hoc ab hostibus animadvertitur et prima luce nostri copias hostium pedestres in colle vident. Tum Caesar, ad latera peditatus (*della fanteria*, gen. sing.) equitibus collocatis, militum animos paucis verbis ad pugnam incitat: «Milites, omnis salus civitatis Romanae in virtute nostra est; fortibus victoria erit». Hostes, primum sinistro deinde dextro legionis latere carpto, postremo reliquos ordines oppugnant. Longa et acris pugna pugnatur, crebra vulnera sunt. Non terrentur nostri ingentibus hostium corporibus magnisque clamoribus. Comminus pugnant, brevi tempore hostes ex omnibus partibus superantur. Dux hostium captus in catenas conicitur.

## L'incredibile crudeltà di un generale troppo rigoroso

Gnaeo Pisoni rigor nimius placebat. Olim miles cum commilitone e castris discesserat neque cum eo revererat. Dux iratus ad mortem militem duci iussit, putans eum mortis commilitonis sontem esse. Postero die damnatus miles extra vallum ductus est et iam cervicem carnifici porrigebat, cum repente supervenit ille miles quem occisum esse dicebant. Tum centurio supplicio praepositus, laetus reditu eius, iussit carnificem gladium reponere. Commilitones ingenti concursu et magno gaudio totius exercitus ad Pisonem deducti sunt. Ille conscendit tribunal furens, utrumque (*l'uno e l'altro*, acc. sing.) ad mortem duci iussit atque etiam centurionem qui damnatum militem reduxerat: «Te», inquit, «occidam, quia iam damnatus es; te, quia causa damnationis commilitoni fuisti; te, quia occidere iussus militem, imperatori non paruisti».

## L'ombra dell'asino

Demosthenes, qui olim hominem capitis accusatum (*accusato di delitto capitale*) defendebat, iudices parum attentos videns, hoc artificium adhibuit: «Paulisper», inquit, «mihi aures praebete, iudices; rem vobis novam atque iucundam narrabo». Tum illi aures arrexerunt. «Adulescens quidam olim conduxit asinum, ut in itinere sibi auxilium daret. Aestus nimius erat, neque arbores erant, quae umbram praeberent. Quare, depositis clitellis, adulescens sub asino consedit, ut eius umbra tegeretur. Id agaso vetabat, clamans se asinum locatum esse, non asini umbram. Alter e contrario contendebat; tandem causam ante iudicem agunt». Haec dixit Demosthenes et, ubi iudices diligenter vidit auscultantes, discedere simulavit. Tum illum revocant iudices et rogant ut reliquam fabulam enarret. «Cur», tum inquit, «de asini umbra futilem fabulam audire cupitis, causam gravissimam non auditis?».

## Pisistrato diventa tiranno d'Atene

Quamquam Solon legibus suis rem publicam Atheniensium optime constituerat, tamen discordiae civiles amotae non erant. Tum Pisistratus liberalitate sua sibi benevolos fecit et cives, qui rei publicae statum meliorem efficere (*migliorare*) cupiebant, et eos cives, qui propter egestatem vitam miseram agebant. Postea, existimans omnes res sibi opportunas esse, aliquando in forum pervenit, tamquam si (*come se*) hostes fugeret; corpus laceratum vulneribus, quae sibi inflixerat, populo ostendit crudelitatemque nobilium accusavit: simulabat enim se a nobilibus vulneratum esse. Addidit verbis etiam lacrimas et a

populo petivit ut sibi satellites darentur ad custodiam corporis. Postea satellites adhibuit ut arcem occuparet tyrannidemque obtineret.

### **La città di Petelia resta fedele a Roma**

Bello Punico secundo Petelini magnum laudis honorem meruerunt. Ab Hannibale obsessi, quia nostrā amicitia non defecerant, legatos ad senatum ut auxilium implorarent miserunt. Romani, propter recentem Cannensem cladem eis succurrere non potuerunt; sed permissum est ut facerent quod utile incolumitati suae putarent. Licebat ergo a Poenis gratiam petere. Petelini tamen ex urbe feminas pueros senesque eduxerunt, quo diutius (*più a lungo*) armati famem traherent, et pertinaciter in muris constiterunt, expiravitque eorum tota civitas, sed respectum Romanae societatis non deposuit. Itaque Hannibal non Peteliam, sed fidum Peteliae sepulcrum occupavit.

### **Amilcare riesce a sedare una rivolta di mercenari**

Hamilcar, ut Cartaginem venit, rem publicam male se habentem invenit. Namque diuturnitate belli externi tantum exarsit intestinum bellum, ut numquam pari periculo fuerit Carthago, nisi cum deleta est. Primo mercennarii milites desciverunt, totam abalienarunt Africam, ipsam Carthaginem oppugnaverunt. Iis rebus adeo sunt Poeni perterriti, ut etiam auxilia ab Romanis petierint eaque impetraverint. Prope iam ad desperationem pervenerant, cum Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non solum hostes a muris Carthaginis removit, sed etiam eos compulit (*li ridusse a tal punto*) ut, locorum angustiis clausi, fame magis quam ferro interirent (congiuntivo imperf. di *intereo*, morire). Omnia oppida abalienata restituit patriae.

### **L'imperatore Giuliano l'Apostata**

Iulianus, cum imperator factus esset, ingenti apparatu contra Parthos arma cepit; plurima oppida et castella Persarum in deditionem accepit vel vi expugnavit. Cum Assyriam devastavisset, castra apud Ctesiphontem aliquamdiu habuit. Remeans victor in patriam, cum proelio interesset, hostili manu interfectus est. Atque inter divos in caelum ascendit, vir egregius, qui optime rem publicam rexisset, nisi fata adversa fuissent. Graecis et Latinis litteris eruditus, sed Graecis disciplinis doctior, eloquentia prompta, memoriae tenacissima fuit. In amicos liberalis, in provinciales iustissimus; religionis Christianae insectator, perinde tamen ut (*tuttavia in modo tale da*) cruore abstineret.

### **Come Sertorio calmò l'ardore dei soldati**

Quinto Sertorio (122-72 a.C.), durante la guerra civile tra Mario e Silla prese le parti di Mario e dalla Spagna organizzò la lotta contro i Sillani, con un esercito misto di Romani e Lusitani.

Sertorius, cum in Hispaniam confugisset et animos simul Lusitanorum et Romanorum sibi devinxisset, magno exercitu collecto, omnes duces a Romanis in se missos devicerat. Aliquando, cum milites, qui cum Romanis universa acie conflare flagrabant, oratione flectere non posset, vafro consilio ad suam sententiam perduxit: duos in eorum conspectu equos constituit, praevalidum alterum, alterum exilem et senio confectum. Deinde equi infirmi caudam a robusto iuvene universam simul convelli, validi equi autem singulos pilos ab imbecillo seni carpi iussit. Imperio oboediverunt. Sed dum adulescenti dextera

inrito labore se fatigat, senis manus autem totam caudam paulatim divellit. Tum Sertorius, ad milites conversus: «Equi caudae», inquit, «similis est hostium exercitus: qui impetum in partes singulas facit, opprimere potest; qui universum petit, frustra laborat».

### **La forza di Ercole bambino**

Cum Alcmena a Iove Erculem genuisset, saevam iram Iunonis excitavit, quae puerum interimere statuit. Nam, cum puer in cunis esset, dea clam imperavit ut ancilla non in cunabulis usitatis, sed in magno clipeo, humi posito, Erculem eiusque fratrem Iphiclem deponeret. Deinde immanes saevosque serpentes in cubiculum immisit, ubi infantes quiescebant. Repserunt serpentes ad clipeum et super infantes tumida erexerunt colla, et, horrenda cum emisissent sibila, pueros e somno excitaverunt. Contremuit metu Iphicles et gemere magna voce coepit (*cominciò*); at Hercules minime territus surrexit et raptim manibus colla comprehendit, postea tam arte destrinxit ut, spiritu intercluso, eos suffocaverit.

### **Temistocle**

Temistocle (525-460 circa a.C.), che appena quindicenne aveva combattuto nella battaglia di Maratona durante la prima guerra persiana, fu l'organizzatore della potenza navale di Atene. Nella seconda guerra persiana (480-478 a.C.) guidò la flotta ateniese nella battaglia navale di Salamina, salvando la Grecia dall'invasione.

Themistocles, Neoclis filius, Atheniensis fuit. Orator disertus, imperator sollers et callidus rerum civilium peritus, magnis virtutibus vitia adulescentiae emendavit. Classe navium, quam Athenienses iuxta praeceptum eius aedificaverant, vicit primum Aeginetas, deinde maritimos praedones debellavit, mare tutum reddidit; Athenienses non solum plurimis divitiis ornavit, sed etiam peritissimos rerum nauticarum fecit.

Apud Artemisium Persae atque Athenienses proelium anceps gerebant: tum Graeci, Themistoclis consilio, classem ex adversum Athenas apud Salamina constituerunt atque in angusto mari ingentem numerum navium Persarum fugaverunt.

Rerum scriptores concorditer adfirmant a Themistocle Graeciam liberatam esse.

### **Un volo di uccelli svela un'insidia dei nemici**

Il console Emilio Paolo (III sec. a.C.), combattè nel 282 contro Etruschi e Galli Boi che si erano alleati contro Roma; partecipò poi alla seconda guerra punica e fu sconfitto e ucciso a Canne (216 a.C.).

Aemilius Paulus consul bello Etrusco apud oppidum Vetulonium demissurus erat exercitum in planitiem, cum vidit avium multitudinem procul citato volatu ex silva consurrexisse. Quod aves et turbatae et plures solito evolaverant, intellexit nonnullas insidias illic latere. Praemisit igitur exploratores, qui renuntiaverunt maximam copiam Boiorum ibi Romanas cohortes expectare, ut eas circumvenirent et delerent. Tum Aemilius Paulus non iter, ubi ab hostibus expectabatur, cum legionibus fecit, sed alio itinere insidias effugit.



## **Un agricoltoꛑe inesperto**

Homo Thracius, agriculturae insolens, cupidine vitae humanioris, in terras fertilioꛑes commigravit et fundum emit oleis atque vitibus consitum. Ille, qui nihil de vitis vel arborum cultura sciebat, vidit forte vicinum rubos altos atque latos excidentem, suboles vitium revellentem, surculos in pomis et in oleis amputantem: accedit prope et quaesivit cur tantam frondium caedem faceret. Vicinus respondit: «Ut ager mundus purusque sit, arbores atque vites fecundiores sint».

Discedit ille laetus, quia putabat se didicisse rei rusticae disciplinam. Tum falcem ac securim capit, atque ibi homo imperitissimus vites suas omnes et oleas detruncat, comas arborum laetissimas uberrimosque vitium palmites decidit, fructeta pomifera cum sentibus et rubis convellit. Falsa imitatione eruditus, miser ille pessimam mercedem audaciae atque fiduciae habuit.

## **L'esilio di Temistocle**

Themistocles, Neocli filius, Atheniensis, qui pro patria magnas res gesserat, cuius consilio Graeci Persas superaverant, cui cives summos honores tribuerant, tamen effugere non potuit suorum civium invidiam.

Testularum suffragiis e civitate eiectus, Argos confugit, ubi magna cum dignitate vivebat. Lacedaemonii autem legatos Athenas miserunt, qui accusaverunt eum societatem cum Persarum rege fecisse. Id cum audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, inde demigravit. Cum tempestate maxima Naxum pervenisset, cognovit ibi Atheniensium esse exercitum, et sensit se necatum iri, si captus esset. Tum navis dominus, clarissimi viri captus misericordiam, diem noctemque procul ab insula navem in salo tenuit; inde, cum procellae vis cecidisset, Ephesum pervenit ibique Themistoclem exposuit, cui ille pro meritis postea gratum animum habuit.

## **Eroismo di Publio Decio**

P. Decius sub Valerio consule tribunus militum fuit. Cum exercitus Romanus in angustiis clausus esset, Decius conspexit editum collem imminentem hostium castris. Accepto praesidio, verticem occupavit, hostes terruit, et spatium dedit consuli ut subduceret agmen in aequiorem locum. Ille intempesta nocte per medias hostium custodias somno oppressas incolumis evasit. Qua re ab exercitu donatus est coronam civicam, quae dabatur eis, qui obsidione cives liberasset. Consul fuit bello Latino cum Manlio Torquato. Tunc, cum ambo consules somniavissent victorem fore eum populum, cuius dux in proelio cecidisset, statuerunt ut is, cuius cornu in acie laboraret, se et hostes diis Manibus devoveret. Cum cornu Decii inclinaret, is se et hostes diis Manibus devovit. Armatus in equum insiluit ac se in medios hostes immisit. Corruit obrutus telis, et victoriam suis reliquit.

## **Marco Marcello**

M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit (*peri*) in mari; qui tamen ob virtutem in gloria et laude vivit. Fuit nepos M. Marcelli eius qui bello Punico secundo Syracusas vicit et quinque consulatus gessit. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad Africam periit paulo ante coeptum bellum Punicum tertium. Ipse, cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret in monumentis avi sui ad templum Honoris et Virtutis, decore subscripsit: «Tres Marcelli novies consules». Fuit enim ipse ter consul, avus quinquies, pater semel; itaque et verum dixit et apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

da ASCONIO

